UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 82. Duo Decreta pro quæstionum, ac temporis distributione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66641

Visual Library

fruſtra Epiſcopi in ea dicunt: ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM. Sæcul. XVI. A.C. 1562.

VII. Epiſcopi non ſunt Presbyteris Superiores, nec habent poteſtatem ordinandi; vel ſi eam habent, eſt illis & Presbyteris communis, & Ordines ab ipſis collati ſine populi conſenſu irriti ſunt.

§. LXXXII.

Duo Decreta pro quæſtionum, ac temporis diſtributione.

Ut brevitati conſuleretur, duo fuere præſcripta, & quidem primo ſanciebatur, ut non omnes Theologi de omnibus articulis diſſererent, ſed illi, qui deſuper loquerentur, in ſex claſſes dividerentur, quarum quælibet conſtaret ex omni Theologorum genere ſeu ex Pontificiis, ex miſſis ab aliis Principibus, ex Regularibus, & non Regularibus, ex Italis, & Tranſmontanis; inſuper decernebatur, ut proprium illius claſſis munus eſſet adhibere ſtudium, ac loqui ſuper articulis ipſi deſtinatis.

Altero Decreto præcipiebatur, ut ſinguli Theologi in dicenda ſententia ultra ſemihoram non inſumerent, cum hoc ſpatium cenſeatur capax omnium, quæ ad rem facerent, ſi omnia inutilia reſecarentur.

§. LXXXIII.